

~~GW~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

W-26.

SIGNAT. ~~1515 CCCXIII.~~

Stückzettel erled.
11. XII. 1944.

A. A. C. C.
DISPUTATIO
EXERCITATIONUM PHILO-
SOPHICARUM XXX.

De

AFFECTIONIBUS EN-
TIS DISJUNCTIS, ET SPE-
ciatim de causa & causato, necel-
lario & contingente.

Quam,

Divinâ aspirante gratiâ,
SUB PRÆSIDIO

M. TOBIÆ TILEMANI

VVitteb. Colleg. Philos. Adjuncti,
Liberalis exercitij gratiâ defendendam suscipiet,
BERNHARDUS SVVERMANUS

Tundera-Holsatus,

In celeberrimâ VVittebergensi Academiâ,
ad diem 22. Decemb. horâ & loco soliti.

Plinius lib. 1. Epist. 9.

Satius est otiosum esse, quam nihil agere.

VVITTEBERGÆ,

Typis Iohannis Gormanni. ANNO M. DC. X.

voluit, prout
tut idea in
sicum faciu
i voluit, fieri


in Ente da-
mplicissima,
minus certa;
n, Vnde etiā
majori certi-
rum & aut-

e, qua ex pra-
m puramne-
ò & contra-
de quatio inter
sam, prout us
ad penes ani-
e vero etiam
onitas siquidem
alia est trans-
felle & depe-
e perfecio est.
e. Sic aliud lo-
n, vel jucundu

m, quod est pri-
Malum inter Eu-
quem potius defi-
ulpe. aliud pena-
pro sensuatu no-

actualis fine ex-
sunt & indivi-
nis. 5. Posto
tribuuntur, illa de-
n veritatis cogni-
Deus nullus es





P R A E L O Q V I U M.

Sicutum est, & cœ ex oraculo scriptum, quod Anima nostra torpescat otio,
 frequentioribus officiis functionum crebritate multo vegetior evadat. Con-
 cipit enim ex divinitate sua in se ipsa, & parit preclaras soboles, Scalig de
 Planis fol. 393. Atq; hoc non nisi inde, quod natura ejus non est prescripta
 prima illa Eurelechia sua, neg, tam angustis terminis cohabetur, ut hoc semper sit, quod
 tantum est, sed habet quo se se promoveat; Neg, mutata essentia summa illam adipiscen-
 tur perfectionem, quam duxit vocant Sapientes, Idem Exerc. 307 Sect. 2. Quod si ita est,
 ut certissime est, quid cessamus? Pergamus potè in instituta nobili Metaphysicæ contem-
 platione, pergamus, nec multifaciamus, qui Exercitationes vel maximè base, curiosa ve-
 ritatis ludibria vocare pro solenni batent, Idem Exerc. 307. Sct. 26. S quidem ut eadem
 purpura detecta homines, & ad gaudium provocat, tauros offendit, & ad pugnam irri-
 tat. Ita ratione omnino parili, exactior paulum exquisita illius Philosophiae consideratio,
 quibusdam monstrosis hominum supinorum atq; otiosorum, quiq; & bruis ignorantes
 sunt. & sua natura, quam à Deo integrum accepimus, nequissimi de coetore est, ut ver-
 bo dicam, unguis in ulcere unde etiam non sculeatis tantum proboscis, quibusvis nominis
 bus eam infestantur, sed & nudam nos operare, nullumve non studium injuntant, quo
 velut retro, quod Veteres dicebant, induito solo eandem & quare extraq; profigere
 Philosophie senioris limites potis sint, At Nobis illisq; -- quibus arte benigna. Et me-
 liore luto fixis praecordia Titan, est in deliciis, inq; babemus ac ferimus unicè oculis,
 quippe que nostros famelicos veritatis animos non iam effluens, nè pescit, quem exfa-
 surat sufficiensime. Proinde dictum ut est pergamus, & absolutes in, que de Entis
 affectionibus simplicibus proponere placuit, haevice de affectionibus ejusdem disjun-
 ctis pauca quedam subjecere mens est. Cumq; haec affectiones duplices potissim generis,
 alieque naturam Entis proxime sequuntur, interim tamen non nisi per particulam dis-
 junctivam de eodem affirmari queunt, ut est causa & causatum, Necessarium & contin-
 gens, alieque ad naturam Unius referantur; Nos imp̄ esentiarum tantum de prioribus
 pro modulo ingenij solliciti erimus, & quidem in sequentibus thematibus.

T H E S I S I.

Est Metaphysicæ proprium, inq; ipsi datum ac concessum peculum, quod
 causarum genera accurate & cum diligentia eviseret ac exseruet, non
 quidem, quia novit causas, & tenet principia generalia affectionum Entis,
 Sic enim jure eodem hanc laudem, atq; hoc, quicquid muneris est, alijs scien-
 tias tribuere possemus. Sed quia explicat ac enodat generales, ut loquuntur,
 causandi modos, qui omnibus rebus competunt, indeq; ad scientias alijs re-
 ferri nequeunt.

11. Sumiturq; causa vocabulum potissim tripliciter, partim in vulgario
 & latissimo, ut vocis principij latitudinem adaqueat, & cum eo reciprocetur,
 siq; & privatio causa indigitetur; Partim in strictissimo, pro Efficiente solum,
 quam nihil à causa differre Plato opinatus fuit; Partim denum in medio
 significatu, prout cum quatuor causarum generibus convertitur, & ita unicè
 hujus est loci.

Gg 2

3. Act.

VII. At communum definiri hunc in modum potest, quod si principium, quod importat influxum ad Esse causati: Vbi genus est principium, sequidem latius patet hoc vocabulum, dum ad principia cognitionis se etiam extendat, quam causa; Differentia vero, quod importat influxum ad Esse causati, id est, quod dicit & communicat tibi eis alteri.

IV. Et licet differentia hec minime sit omnibus propriè sic dictus, causis anivoca, veram nihilominus & analogie communem earundem rationem exprimit: influxus enim materia & forma ad Esse causati, ut partes essentiales, influxus efficiens agendo, influxus & movet denique finis motione quadam metaphorica, ut post in claro erit. Inde igitur sit, ut quendam respectum influxus hic semper includat, non qualis est inter relata, at transcendentalem ratione cuius realem quandam mutationem effectum a sua recipit causam.

V. Numero autem sunt harum causarum quatuor, Efficiens materiam, forma & finis: Quicquid namque efficitur non potest causas plures habere, quae duas, materiam & formam, determinans videtur & determina unum; Extrinsecus autem indiget efficiente, dum nihil a seipso fieri queat: Efficiens vero non agit remere, sed propter finem, qui causa quarta.

VI. Hinc causae haec in duplice sunt differentia, aliae Internae, & sunt principium rei, essentialiter eam constituentes, ut materia & forma: Aliae Externae, quae ipsam rei essentiam non ingrediuntur, verum extra eam manent, ut efficiens & finis. Et quamvis ratione dicta quatuor causarum genera sint omnino diversa, non ita sunt distincta tamen, ut nunquam una rei vis agendi gemina attribui possit: Fieri enim quid, ut forma & finis causalitas eidem rei assignetur, si finis & efficiens, efficiens & forma &c.

VII. Alias est etiam in generalitate sua causa alia Per se, quae secundum naturam agit, & effectum producit: Alia per Accidens, quae per accidens ad effectum producendum concurrit; Subdividiq; haec iterum potest vel ratione cause, quando id, quod accedit causa per se, dicitur causa esse effectus, vel ratione effectus, quando cum effectu per se, conjungitur effectus per accidens, ut fodiens per accidens invenit thesaurum.

IX. Sic alia est causa actu, quae actu ipso effectum producit, alia potest stare, quae potest atem quidem causandi habet, verum adhuc actu non influit ad effectum producendum: Sic alia est adequata, quae posita effectus quoque concedendus est, & contra, alia non-adequata, quae effectui inequalis est, ideoque posita hac effectum insimul ponere non est: Sic causa alia dicuntur conjunctae, quando causa per se & per accidens connectuntur, aliae sim-

plices, que absoluē proferuntur &c. Sed accedamus ad specialem causarum
rām exteriorum, quām interiorum perpensionem.

X. Causa igitur Efficientē est, à qua primō sit actio: Qua ratione discriminatur manifestò partim ab instrumentalī causa, quae agit quidem, sed virtute causæ efficientis propriè sic dictæ; partim à reliquis causis: Finis enim propriè non agit, sed ad actionem Efficientem allicit atq; impellit, sic materia actionē in se recipit, forma sit quidem actus effecti, sed per actionē efficientis.

X. Distribuitur q; efficientis provarijs causandi modis, varie: Nam 1. Efficientis alia est principalis, quæ primō per virtutem principalem influit in actionem, per quam talis editur effectus, alia instrumentalis, quæ inservit p: incipali ad effectum producendum, unde perse finem non intendit aliquem, sed tantum quā ad illum causā principalis ipsam invitat & dirigit, cuius etiam efficientis vi & virtute unicè agit.

XI. 2. Alia est naturalis, quæ unam semper eandemq; agendi rationem sequitur, nec agit cū de liberatione, neq; etiam ad mota materia vel actionem inhibere, vel in agendo cessare valer: Alia voluntaria, quæ cum deliberatione agit, ac in quā libertas est, per quam differentes sunt actiones, licet libertas ita ubiq; non sit eadē, sed quadam causa mera sint liberae, quæ pleno appetitu effectum volant, & ut volunt, ita producunt, quædam secundum quid sibi liberae.

XII. Memor autem notandum mente, quod in naturalibus agentibus hī quatuor actionum modi dentur, 1. Actio directa, quando in oblatum objectū rectā cause naturales feruntur excitat & vi propriā, nec ab externo aliquo obstaculo repulse; 2. Actio reflexa, quæ ex antiperistasi oritur, quando agens in actione impeditur directā, sicq; originem suam repetere cogitur.

XIII. 3. Reactio, quæ actionis est reciprocatio, quā id quod patitur, renititū adversus agens, & illud commutat, dum ab illo mutatur, adeo ut & agens pati, & patiens agere aliquemmodo dicatur. & tandem Resistentia, quæ à reactione differt, tanquam actio privativa à positivā, vel immanens à transiente, queq; talis est agendi modulus, per quem non admittitur, neq; recipitur à paciente qualitas introducenda.

XIV. 3. Alia est universalis, & illa vel prima, sicq; est DEVS ter opt. max. cuius efficientia in creando, conservando & cooperando consistit, immo sine cuius concurso non datur causarum reliquarum motus, Vel secunda, ut est calidus, agens in inferiora materia per lumen, motum & influxum: Alia Particularis, quæ ad unum effectum producendum determinata est, ut sunt causa inferioris elementares.

XV. 4. Alia est disponens, quae alterando materiam præparat ac disponit ad formam ultimam recipiendam: Alia est perficiens, quæ ultimam rei perfectionem ultimamq; introducit formam. 5. Alia est privativa, quæ reali influxu in patiens minimè insuit: Alia positiva, quæ realiter hoc ipsum facit. 6. Alia est immanens, quæ non producit effectum in subiecto externo: Alia transiens, quæ externum producit opus.

XVI. 7. Alia est per emanationem, in quâ agens à patiente non est distinctum, sed effectus a deessentia consequitur: Alia per transmutationem, quando agens à patiente est disternatum & disjunctum. 8. Tandem alia agit actione univocâ, quâ simile producit sibi simile in specie, ita e. unus generat equum: Alia actione equivocâ, quâ producitur effectum quod à naturâ cause sue recedit, ita Sol ex putri materia imperfecta animalia excitat. Hac de Efficiente.

XVII. Porrò Materiæ vociis significations variæ sunt, nonnunquam enim hac voce utimur, quando aliquid indeterminatum notare voulimus, sic genus materiam appellamus; nonnunquam subjectis accidentium tribuimus per analogiam, sic subjectum appellamus materiam accidentis in-quâ, objectum disciplinæ, materiam circa quam; nonnunquam & partes integrales eius quantitativi per modum compositionis materiam vocamus, quæ est vel sensibilis, quando illæ partes nondum abstractæ, vel intelligibilis dum sunt à materia Physica abstractæ: Verum sola materia Ex qua causis annumeratur, & hic in considerationem venit.

XIX. Quæ est id, ex quo quippiam sit eo pacto ut insit: Vnde causæ vis ei gemina attribuitur, quam exercet tum in constitutione compositi, non tantum quando generatur, ubi tanquam subjectum substernitur, sed maximè tum quando generatur existit, sic enim tanquam pars concurrit; Tum in productione forme, siquidem ex ejus potentia educitur, eiq; tanquam subiecto informando adhæret.

XIX. Causalitates autem bascè suas exercet non nî mediante potentia, quæ est non accidens aliquod, sed quasi modus quidam, per quem in agendo determinatur materia, & qui nisi accederet, impossibile esset, formas rerum tantâ varietate in materiâ produci, nec posset fieri adeò arcta materia & forma unio: Plenèq; & perfectè illas exercet ipsas in substantijs materialijs, minimè vero in accidentibus vel rebus arie productis locum habent.

XX. Estq; potiss: duplex, alia prima, alia secunda: illa primum est subiectum, quo inexistente res sunt, & in quo ultimum resolvuntur. Dicitur pri-

mum

at ac di-
litem am ri
a, que real
osum fac.
erno: Alia
non est di-
itacionem,
indem alia
e, unus ge-
da natura
xcitat. Hat
nnunquam
olumus, si
tributus
qua, obje-
integrates
qua est vel
dum sunt a
umeratur,
le causandi
positi, non
ed maximè
; Tum in
sam subje-
potentia,
in agendo
nas rerum
ateria &
materiaru
est subje-
citur pri-
num
mum subjectum, ut innuat ipam esse in generabilem & incorruptibilem, ne progressus in infinitum daretur: Dicitur, quo inexistente, habet enim illa proprium esse, licet non perfectum, propriamq; existentiam, non quidem formalem, sed actum Entitativum; Dicitur, quo inexistente res sunt, quia materia essentiam compositi simul ingreditur; Dicitur deniq;, in quod ultimo resolvuntur, tandem enim corruptio definit in materiam primam.

XXI. Hac, materia, secunda, est, quae non simplex, sed prævjs est dispositionibus & formâ essentiali jam determinata, quo circa etiam tantum est materia secundum quid. Sic materia alia propinqua est, quae proximè à formâ specificâ informatur: Alia remota, quae mediante aliâ formâ intermedia ad specificam formam accedit. Sic alia est transiens, quae in generatione perit & aliam formam induit: Alia permanens, quae totam suæ essentia naturam retinet &c. Et hæc etiam de Materia.

XXII. Formæ ulterius vocabulo hic non notatur artificialis aliqua, quae ab arte iu materialm introducit, sed naturalis, ea autem non accidentalis, quae externa rei est figura, verum substantialis, non aliqua tamen assistens, quae Enti completo adveniens, actiones & operationes ejus perficit; sed tantum Informans, quae est id, quod dat esseret.

XXIII. Hoc autem, dare esse rei, tripliciter dicitur, vel effectivè, sic Deus omnia facit & conservat, vel formaliter, quâ efficit ut per eam res sit hoc, non alia, & ita forma dat esse composite & materiæ, vel subsistentialiter, sic loquuntur, uti materia dat esse formæ materialia. Sic Esse etiam est duplex, aliud actuale, & hoc vel formale, quod simpliciter à formâ pender, vel Entitativum, quo res extra est nihil: Aliud potentiale, vel subjectivum, quod Esse materiae primæ, vel objectivum, quod rebus est competens intentionalibus.

XXIV. Ac sunt informantes formæ duplices, aliae Generales, quae dant quidem actum materiæ, sed imperfectum, & cum potestare commixtum; aliae Specificæ, quae nullâ aliâ formâ ad existendum indigent, & quarum actus duplex est, alius Essentiæ, alius Existentiæ. Ha specificæ formæ iterum sunt vel separabiles, quæ sublatâ materiâ existunt, ut sola est anima rationalis, vel inseparabiles, quæ existere extra subjectum nequeunt, ut reliqua sunt in universum omnes formæ naturales.

XXV. Ultimò tandem Finis est causa, cuius gratiæ res est: Moveri enim efficientem ad agendū motione, ut vocant, metaphoricâ, quæ sit, quādo finis suā amorem injicit efficienti ad effectum producendum; Et sic finis est causa primâ in mente, postrema in opere. Inde est collectu facile, quod finis mo, io non sicut

fino

sine cognitione, illisq; unicè tribuatur rebus, que vel in veritate rei bona sunt, vel tanquam bona concipiuntur.

XXVI. Dividiturq; finis in principalem, ad quem omnia opera diriguntur, & in minus principalem, qui ad consequendum principalem requiritur: Sic alius est internus, qui in ipsâ habetur arte, semperq; ab eadem acquiritur, alius externus, qui ut semper obireatur non necesse est: Sic alius est sive Cuius, cuius acquirendi gratia efficiens agit, aliud sive Cui, cuius commodis inservit acquisitione finis cuius &c. Tantum breviss: pro institui ratione nostri de causis, ex quibus per omnia ipsa sunt Causata dñudicanda, ne ritio nobis sit, quod de his nîl seorsim præcipiamus.

XXVII. Ceterum, ut etiam verbis duobus, qui enim in hac angustia chartæ aliter possumus: de alterâ Entis affectione disjunctâ aliquid dicamus, Necessarium aliud est ad Esse, sine quo ut concausâ non contingit vivere; Aliud est ad Benè sive commode Esse, sine quo bonum non contingit esse fieri, aut devitare malum; Aliud est, quod præter propositum & electionem agenti obstat, ut est violentum omne; Aliud demum, & quod hic attenditur unicè, quod non contingit aliter se habere.

XXIX. Sic Contingentia, quam pulcherrimo ordine Natura rebus necessariis miscuit, vox sumitur vel generaliter, pro omnini eo, quod non est impossibile, sive in sua natura sit necessarium sive contingens; Vel specialiter, quod neq; impossibile est, neq; necessarium, sed antequam actu existat, produci vel non produci potest & sic Necessario contra distinguitur, ac definitur affectio Entis faciens ut re non necessaria posita in actu nihil sequatur impossibile.

XXIX. Estq; necessarium iuxta atq; contingens aliud complexum ut sunt propositiones necessarie & contingentes, aliud incomplexum, ut sunt simplices res; Et hoc necessarium est vel Independens, ut est solus Deus, vel Dependens, quod a seipso nec Entitatem nec Necessitatem habet, sed a Deo conditore productum, ab ipsis voluntate nutuq; dependet, ita tamen ut neq; contingentia impediatur, neq; libertas etiam domini voluntatis admatur.

XXX. Dividivum iterum est in Neoessarium simpliciter & per se, quod est aut à cause externa Agen: e naturaliter, aut à causa interna forme nemp̄ & materia. Et in necessariis ex hypothesi, quod est vel cause, ejusq; duplicit, finalis sc̄ & impellentia, vel nudi actus essendi, cuius nulla datur causa præter nudum existentie actum. Sed hanc esto: Reliqua enim que sunt, multa autem esse negare nolumus, ipsi examini committimus.

ADJECTANEA.

1. Plato sine necessitate aliqua causam excogitauit exemplarem.
2. Causa per accidens in omni causarum genere datur.
3. Efficiens semper suum extra se effectum causatur.
4. Agentia creata vere & propriè aliquid efficiunt.
5. Spiritus creatus nullam substantiam efficiere potest.
6. Forma substantialis & corporea, & dici incorporea potest.
7. Media non possunt exercere causalitatem finis.
8. Omne necessarium reduci potest ad necessarium aut consequentis aut consequentie.
9. Necesitas rerum perenda est non ab actu existendi, sed ab causa.
10. Causa currem non remota, sed proxima.

F I N I S,

Ung. VI 26

= [Dissertationes
Theol. Vv. 70]

ULB Halle
002 673 452

3



5b.

VD 17





Farbkarte #13

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black